

ZODIOGRAPHICI

libelli ad Lectorem.

SI tibi prodimus parui, ne despice: paruis
Gratia reb^o inest, ac ingens sepe voluptas:
Nec non & pretium pretio pretiosius omni:
Sic vnguentorum, sic auri pondera parui,
Exuperant pretio permagnos aris aceruos:
Sic adamas punctū lapidis, pretiosior auro
Censetur multo: censetur & vnio iusta
Argenti massa præstantior. Ergo, diserte
Lector, ne in nobis corpus, sed pspice vireis:
Et q̄ magna tibi sub paruo pondere, paucis
Claudamus: cœlis breuitas gratissima res est:
Grata viris doctis q̄ magna negotia tractāt:
In quorū numero primas Oluarius vnus
Agnoscit: rogitas quis: Cancellarius ille
Gallorū: Vrania pius hospes: portus & aura
Doctorū: atq; illinc famâ super æthera not^o:
Ad quē perfacileis aditus speramus habere.

*Superata tellus
sidera donat.*